

Sermo

sicut in lege precepit dominus. Sed cum certum sit deum esse iustum sine punitione iusta impossibile est remittere peccatum. Restat ergo necessarium ut qui hic sine iusticia non ponit in futuro acius punietur. et plus satisfacit deo modica pena voluntaria nunc accepta quam in futura maxima pena non voluntarie assumppta. unde Ista xxxiiij. scriptum est. Qui abulat in iusticijs et loquitur veritate iste in excelsis habitabit et regem in decore suo visibunt oculi eius. **S** Tercio loquitur homo malus et non loquitur nisi mala. Nam aliqui loquuntur verba malignitatis. aliqui verba dolositas et aliqui verba falsitatis. Loquuntur verba malignitatis blasphemii. verba dolositas loquuntur astuti. sed verba falsitatis loquuntur mendosi. Dico verba perversitatis sive malignitatis loquuntur superbi et blasphemii. unde de talibus dicit in psalmo Tale locuti sunt os domini Tales enim ponunt in celum os suum et lingua eorum transit in terra Tales enim sunt similes freneticis qui si possunt lacerant dentibus illos qui per viribus eos adiuvant. Dicit enim de scorpioe quod blandit facie homini quem tunc sitenigerit homo cauda pungit. venenum immittit et sepe occidit. unde dominus in psalmo de talibus querit dicens. mihi quidem pacifice loquuntur et loquentes dolos cogitabant. et sequitur. Induantur punctione et revereantur quod mala ligna loquuntur super me. **S** Secundo quidam loquuntur verba dolositas silesca. mihi quod in abscondito mordet et in manifesto applaudit psalmo. Vana locuti sunt unusquisque ad primum suum. deus in corde et corde loquitur. sed sequitur. Disperdat dominus universa labia deus et lingua. Qui dixerunt lingua enim nobis est. Quis graue peccatum quod detestandum lingua quod nobis data est ad primum solacium uti protra cum in dolo. tales enim loquuntur pacem primo suo sed mala in cordibus eorum. sed dicit in eodem psalmo. Da illis secundum opera eorum et secundum nequam adiuven. iporum Tercio quidam loquuntur verba mendosa quorum ad fallendum est tota cura. nam secundum Augustinum Mendacium est falsa significatio vocis cum intentione

fallendi. unde Hieronimus ix. Unusquisque custodiat se a primo suo et in omni fratre suo non habeat fiduciam. quia omnis frater supplantas supplantabit. et omnis amicus fraudulenter incedit et vir fratrem suum deridebit et veritatem non loquetur et sequitur. Docuerunt enim linguam suam loqui mendacium ut inique agerent laboraverunt. Nullo enim modo potest homo melius cognosci unde sit et quis sit et quis in corde sit quam proloquela. unde dictum est petro. Nam et loquela mea te facit. si enim ut dominus dicit. Ex abundantia cordis os loquitur sequitur quod qualis quisque est in ore talis existat in corde. unde Qui est ex deo verba dei audit et loquitur. qui autem de mundo est in his que mundi sunt omnis sermo eius verus. unde dicit Iob. iij. Qui de terra est de terra loquitur. Diligamusigitur vel eligamus verba dei optima et observemus eius mandata et imitemur verba primi bona consolacia et fugiamus verba pestifera et nociva. quia Apostolus dicit. i. Cor. xv. Corumpunt mores bonos colloquia mala.

In sabbato ante Letare Ser. li.

Quid de et amplius
Noli peccare Iob. viij. verbum appositum diriguntur illi mulieri deprehense in adulterio. a domino tamen absolute. in persona anime penitentis cui salvator pro misericordiam suam peccata remisit. **A** Duo autem concurrunt ad perfectam penitentiam que dominus bis verbis hortatur. Primum est virtuosam exercitatio in operibus iusticie. unde dicit vade hoc est in operibus virtutis te exerce. Ro. vj. Sicut exhibuistis membra vestra servire imundicie et peccato et iniquitati. ita nunc exhibete membra vestra in sanctificatione iusticie servire deo. Quod admodum enim peccator totum se exhibuit dyabolo in culpa. ita penitens se totum debet exhibere deo in iusticia. Secundum est fuga a peccato de testamento culpe. propter quod dicit. etiam amplius non peccet. Omnia enim ut dicit Gregorius est peccata mala plangere et plangenda iterum

Sermonis malis